



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

De SS. Hemeterio & Chelidonio martyribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

Ille immenso affectus gaudio, gratias agit Deo, & beato Celso famulo eius fideli.
 Est apud Treuiros monasterium virginum, beatissimæ matri Dei consecratum,
 in quo à Dagoberti Regis temporibus sanctimoniales Deo religiosè famulantur.
 Habet autem Horrei vocabulum. In eo tres nobiles monachæ vel sanctimoniales
 à diuersis morbis, cum beatum Celsum inuocassent, curatæ sunt. Hæc ex multis nos
 miracula literis mandare volumus in laudem præpotentis Dei, cui est honor &
 gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Alia mira
 cula.

MARTIVS.

VITA SANCTORVM HEMITERII ET CHELIDONII MARTYRVM PER D. GRE- GORIVM ARCHIEPISCOPVM TVRONENSEM

*scripta. Habetur in libro eiusdem in gloriam plurimorum mar-
 tyrum edito, cap. 93.*



M A L A G V R R I S vrbs Hispaniæ Hemiteriũ, Cheli-
 doniumque martyres gestat, sæpeq; ab eorum virtu-
 te miracula cernendo, diuersarum ægritudinum me-
 dicamina capit. Hi etenim martyres a persecutore cõ-
 prehensi, atque ad supplicium rapti, dũ diuersis pœnis
 afficeretur, ob diuini nominis confessionem, excepta
 vltimæ damnationis sententia, deducuntur ad decol-
 landum.

Martij.
 Ecce Sancto-
 rum virtus
 & porcitæ
 etiam post
 mortem.

Cumque eorum capita listor incidere, miraculũ
 populis magnum apparuit. Nã vnus annulus, orari-
 umque alterius, nube susceptũ est, & in cælis euectum
 viderunt. Hæc omnes qui aderant, vsquequò acies oculorum intendere potuit, ful-
 gorem scilicet auri, candoremque lintei, susceptu sequebantur attoniti.

SS. Marty-
 res capite
 caduntur.

Præbet huius rei testimonium Aurelius Clemens in libro Coronarum his versi-
 bus, dicens: Illa laus occulta non est, nec fenescit tempore, Missa quòd fursum per
 auras euolarunt munera, Quæ viam patere cali præmicando ostenderent. Illius
 fidem figurâs, nube fertur annulus: Hic sui dat pignus oris, vt ferunt orarium: Quæ
 superno rapta statu lucis intrant intimũ. Per poli liquentis axem fulgor auri absco-
 ditur, Ac diũ visum sequacẽ textilis candor fugit: Subuehantur vsque in astra, nec
 videntur amplius.

Quere Tô.
 2. Martij.

VITA DAMIANI SANCTISSIMI RAVENNA- TIS ARCHIEPISCOPI, VT HABETVR QVARTO

*libro historiarum Rauennatum Hieronymi Rubei
 viri doctissimi.*



M O R T V O Theodoro Rauennatum Archiepiscopo, ab
 Sergio primo, Romanorum Pontifice, qui Cononi succes-
 serat, in Rauennatum Archiepiscopatum Damianus Dal-
 mata sufficitur, & Romæ sacra insula decoratur. Huius pa-
 rentes, qui Dalmatia venerant, ecclesiæ Rauennati illum
 adhuc puerum obtulerunt: quo loco ad summum sacra-
 rum literarum apicem peruenerat. Archiepiscopus factus,
 sanctissimo instituto, summaque sacerdotum & populi
 tranquillitate & concordia præfuit: hominemque vita iã
 functum ad vitam reuocauisse, fuis ad Deum precibus, ferunt. Bellicos mores, fu-
 roresque truces, qui, diebus festis, in ea regione vrbs, cui Latronum olim erat
 nomen, nunc diui Seuerini titulo appellatur, à perditis hominibus, & mini-
 mùm religiosi celebrari consueuerant, indictis prius triduanis populo ieiun-
 nijs, aboleuit, sumpto de hominibus impijs supplicio: tametsi eadem pars vrbs
 h 4 Regio

13. Martij.

Huius Ar-
 chiepisco-
 pi patria.

Suscitat
 mortuum.